

Modo scripturam memoriæ causa paratam significet, de quibus significationibus pluribus potest videri.

Jo. Calvin, *in Verbo LIBELLUS*.
necessario tradendum est.

N. III.

Hoc loco, missis præfatis appellationibus, accipi Libellum *pro scriptura continente intentionem actoris*.

Auth. offeratur C. de litis contest. ibiq; Cynus n.º 1.
Dicta Germanis *die Klage*.

Vulteius *pr. Inst. de Act. n.º 46.*
Gallis une Demande. Et tantum de nomine.

C A P U T I I.
DE DEFINITIONE
LIBELLI.

N U M I.

ENodatâ jam vocis æquivocatione, convenienti loco subjicitur definitio, sine quâ omnis tractatio est inutilis itaque Libellus est scriptura (a) nomen judicis (b) actoris (c) & rei (d) actorisque claram intentionem seu petitionem (e) petitionisque causam continens (f) ac contra reum necessariò concludens (g.)

Quod optime Interpretes hoc disticho complexi sunt:

Quis, quid, coram quo, quo jure petatur & à quo

Rectè compositus quisq; libellus habet.

(a) Scri-